1840

et peremptā coram quovis judicio et officio Regni Ration[e] omnibus juris
remediis et defensis se uti abscribendo et abrenunciando.
Coram officio praesenti pls comparens famatus Laurentius Borowscyk de
Drohaniowscyzna tenutanq sanq mente et corpore exns palam rec-
cognit. quia Nli Felici olim Matthiae Chodor bonorum in Chodory
consistentium, in uno campo pod Chorlami a fluviolo gesienica ad flu-
violum Kamionka totam sortem suam quicquid ibi ipsum contingit
cum agris pratis campis sylvis rubetis et oibus in genere ac sin-
gulis in specie utilibus nullis exceptis ad ducentem sexagenis po-
lon. ad exemptionem obligavit introm. q eanunc admittit, et tueri
ac evincere ab omnibus personis se submittit sub vadio simili et
peremptā coram officio praesenti ratione sine quovis juris diffugio.

Inter Rogulski et Tyminska Advitalitas.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. personali com-
paren. Nlis Jacobus olim Christophori Rogulski de Reguly Nobili Sydistri-
ctus Warsavien. ab una Et Nobilis Zophia filia olim Stanij Tyminski ad-
praesens consors legittima eiusdem Jacobi Rogulski in Gieralty noua et antiqua
habitans partibus ab altera, sani mente et corpore existentes palam libereq
ac expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi inter se mutuo et invicem Advitalitatem et usumfru-
ctum omnium bonorum mobil. et immobilium in haereditate Reguly nobilis
et Gieralty antiqua et noua ubivis locorum consisten. nunc habitorum
et in post futurorum Divina clementia habendorum ac summas pecunias
sequovis modo acquirendorum titulo concernen. ad extrema vitae sua tempora
inscribunt et consentiunt tali videlicet modo. Quod si prius memo-
ratam Zophiam prius decedere de hac luce contigerit. Extunc ipsa
bona oia mobilia et immobilia ac summas pecca quovis modo
ipsis spectantes morte ipsius derelicta tenebit habebit ac illius usufructur
ad extrema vitae sua tempora post mortem vero et decessum ipsius bona eadem
in successores praedicta contoralis sua devoluentur. Simili etiam modo si fatis
iubentibus ipsum Jacobum mori contigerit extunc ipsa bona eiusq oia pleniari
advitalis usufructu cum oibus eorum utilibus fructibus proventibus attinentiis nullis
exceptis ad extrema vita sua tempora tenebit post mortem vero ipsius bona
eadem in successores praedicti mariti sui sine quavis contradictione successorum eius
devoluentur Personaliter utriusque recognitione ad praemissa oia accedente et consentiente.